

**A** De valle lacrimarum ad quam homo per  
lapsum primi hominis cecidit et de vi-  
riam anime destitucione et deordina-  
tionem quam incurrit. Et hec est primus  
lapsus a statu nostre rectitudinis pre-  
dicto. // Capl. in.

**A** Vidisti homo de loco in quo te do-  
minus posuit et ad quem debeas  
ascendere vide nunc vallem lacrimarum  
ad quam per lapsus cecidisti. Prochoolor  
tanta gloria et honore sublimatus per  
thoplastus primus parens noster cum  
esset in honore non intellexit. sed se a  
creatoris sui imperio auertit transgre-  
diens preceptum diuinum Ideoque grauius  
cecidit et nos omnes in eo Nam omnes  
in eo sumus vi quadam productiua vel  
seminali ratione Itaque cecidimus omnes  
et ut Bernardus dicit. cecidimus simul  
in lutum et super acervum lapidum Unde  
et conquinati sumus originali culpa

sed et collisi et cōfracti et in omnib⁹  
viribus et potens anime optime vt  
premissum est dispositis grauiter vul  
nerati. **A**missa etem iusticia originali  
ipso casu et iusto dei iudicio ipse vires  
et affectiones a suo statu plapse dimi  
nute sunt pariter et deordmate. **N**on  
autem omnino destructe sed contrario  
modo se habentes q̄ prius habuerūt  
sibi inuicē motibus suis et impulsibus  
cōtrariantes et repugnantes. **S**i quidē  
vt cotidie ne dicam cōtinue experiris  
nisi totus insensibilis sis ipsa sensuali  
tas vis scilicet cōcupiscibilis et irasci  
bilis voluntati sunt rebelles et cōtra  
rie. sed et ipsa voluntas q̄uis nō p̄ter  
frequenter tamē agit contra rationē  
**V**nde cōtigit vt nunc iste vires et ef  
fectus longe aliter mouent q̄ a deo fu  
erunt institute. p̄ne ad maluz et p̄clū  
ues semp ad illicitum cōcupiscendum

Siquide ratio ipsa ceca facta et tinea  
et obtusa sepe falsa pro veris recipit.  
frequenter inutilibus et curiosis se in  
uoluit **V**oluntas facta est curua sepe  
deteriora eligit. carnalia diligit spua  
lia et celestia vilipendit **V**is autē con  
cupiscibilis destituta est et quodamō  
plapsa in concupiscentiam carnis concu  
piscentiam oculorum. et carnales vo  
luptates. id ē gulam luxuriaz et aua  
ritiam. Irascibilis vero deordinata ē  
et prolapsa in supbiam vite et gloriā  
mundanā **S**pes non sperat de deo sed  
vel in diuitijs vel in pprijs meritis vel  
sperat plus vel minus iusto. **T**rista  
mur de amissione diuitiarum et de de  
spectu mundi. **G**audemus de gula et  
luxuria **I**rascimur fratri. **B**reuiter  
ex amissione originalis iusticie omēs  
affectiones prone sunt in malum ab  
adolescentia immo a conceptione sua

Ram ipsa anima ex carne concupiscibiliter concepta contrahit fomitem et concupiscentiarum inclinationem ad malum. Sane Christus morte sua preciosissima a culpa originali nos redemit ut huiusmodi virium destitutio vel lex carnis iam non sit culpa cum iam ad eam non habendam non obligamur ne sit dampnatio aliquam hijs qui sunt in Christo Iesu. Sed in pristinum statum rectitudinis nequaquam nos restituit nec vires anime reformauit. sed ad nostrum exercitium et meritum nos eas reliquit per sancta exercitia reformandas. Ecce hec est vallis lacrimarum status miseriarum ad quem cadimus et unde resurgendi ascensionem in corde debemus disponere postmodum ascensuri.

Quod homo non solum progressus est a statu rectitudinis in lapsu primi hominis sed etiam illectus concupiscentiarum longis